



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Schluß des Jahrs 1647. biß in den Monath Junium des Jahrs 1648. zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt ...

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90103157

N. I. Adumbratio Jurium Præfecturæ Provincialis Hagenoensis in 10.
Civitates Imperiales Alsatiaë.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52461](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52461)

1647. Fürstlich-Hessischen Häusern als Chur-Trierischen Lehens-Trägern, dasjenige, was ver- 1647.
Dec. sprochen worden, wie auch Laut Land-Friedens und Neutralität Ihre treulich gehalten werden solle, sich versehen wollen. Dec.

Beschehen ist dieser Actus, auf Jahr, Indiction, Kayserliche Regierung, Monath, Tag, Stund und Plas, als obstehet, in Beyseyn der Ehregeachten und Wohl-gelahrten Hans Paul Meyern und Zachariae Jeremiae Wilhelmi, als glaubwür-digen hierzu sonderlich beruffener und erbetener Gezeugen.

(L. S.)

Und dieweil ich Georgius Colnen, von Päpstlicher und Kayserlicher Macht und Gewalt offenhahrer Notarius und des Churfürstlichen Geistlichen Gerichts zu Trier geschwohrner Schreiber, bey obgedach-ter Deduction, Protestation, Retorsion, Reservation, Defension und Eventual-Resolution persöhnlich zugegen gewesen, dieselbe also beschehen, gesehen, gehört und ad notam genommen; habe ich diß gegenwärtig offenhahres Instrument durch meinen Amanuen-sem abschreiben lassen, und in diese offene Form gebracht, dasselb mit meinem Nahmen, Zunahmen und gewöhnlichem Notariat-Zeichen, unterschrieben und unterzeichnet. Zu wahren Urkund aller obge-schriebenen Sachen, darzu sonderlich beruffen und erbeten.

(L. S.)

Pro Copia Georgius Colnen, Notarius
qui supra, in fidem subscripsit &
sigillavit.

§. XI.

Von der
Reichs-Land-
Bogtey Ha-
genau.

Es ist zwar im Dritten Theil, XXIII. ten Deductionen sub N. I. & II. genaue-
Buch, S. 33. p. 660. &c. von der Land- re und umständlichere Nachricht davon
Bogtey Hagenau Bericht ertheilet wor- enthalten ist; So wird es nicht undienlich
den; Nachdem aber in denen beyden an- seyn, solche hier beyzufügen.

liegenden auf dem Congress distribuir-

N. I.

Brevis & succincta adumbratio Jurium Praefecturae Provincialis Hagenoensis, in Decem Civitates Imperiales, Hagenoam, Colmariam, Selestadium, Weissenburgum, Landoam, Ober-Ebenhemium, Keyfersbergam, Monasterium in Valle St. Gregorii, Roshemium & Turinghemium.

Si absque lege loqui pudeat Juris-Consultum, multo magis in re ardua & annox antiquitatis tenebris involuta sine Documentis publicis Politicum. Cum itaque de *Praefectura Provincialis Hagenoensis* in Imperii *Decapolum Alsaticam* Juribus, & eorundem in Coronam Galliae à Serenissima Domo Austriaca translatione, frequens tam inter S. R. Imperii Status, quam exteros feratur sermo, publicae operae pretium visum, stantibus adhuc Westphalicis Pacificatoriis Tractatibus, compendiosissime sequentem bigam quaestionem, earundemque decisiones ex subnexis Instrumentis publicis, justis & æqui amantis Lectoris judicio eruendas committere.

Qua-

1647.
Dec.*Queritur Primo.*1647.
Dec.

Quale Jus Præfecto Provinciali Hagenoensi in prænominatas Decem Liberas Imperii Civitates, præstitis præstandis, olim competierit?

Præsupponitur heic, neminem Præfecturarum superioribus seculis, quibus in armis jus positum erat, & constitutione Pacis Publicæ ejusdemque executione Circulariter facienda nondum lara, imbecilliores potentiorum, cum primis accolarum, incursionibus & nocendi cupiditatibus patebant, in Imperio institutarum originem, incrementa, mutatoque Reipublicæ Romanæ statu, variationes ex Historicis, inprimis Præfecturæ Hagenoensis, quæ primum à Ducibus Lutzenburgensibus, deinde Comitibus Palatinis, tum ipsismet Imperatoribus, tandem ab Archiducibus Austriacis administrata, toti Imperio singulisque Alsatia vicinis rusticis & incolis probe notam differentiam inter pagos & decem illas Liberas Imperii Civitates, latere: In quorum illis quidem Utile Dominium Domui Austriacæ, titulo pignoris & hypotheçæ, prout ajunt, in has vero nihil prorsus Juris realis, sed nuda tantum Protectio hæctenus competiit: & ne hæc quidem simpliciter, perpetuo & hereditarie, sed tantum temporarie, personaliter & certis quibusdam conditionibus, onerosis magis quam proficuis, & plus incommodi quam emolumenti & utilitatis continentibus, ita ut illi, debilioribus contra potentiores defendendis, æquitatis & commiserationis speciei, & non ignotæ, compendiarie simul proferendi dominatus viæ, jam à Majoribus prospectum fuerit. Præfectus enim Provincialis, erectis in cælum digitis, corporali juramento sese obstringere ante omnia coactus fuit, quod nomine Imperatoris & Imperii, velit non modo decem illas in finibus & extremitatibus Romani Imperii sitas Civitates, earumque Cives, subditos & bona, contra omnem vim atque injuriam quorumcunque turbatorum, ne Imperio Romano ulla ratione subducantur, defendere acturi; sed & earundem Jura, cum primis Immunitatis, Privilegia & Libertates illibatas conservare & protegere. Quo præstito, jurarunt demum Civitates, se in licitis & honestis obsequentes ipsi fore, nomine Imperatoris & Imperii, juxta morem ab antiquo usitatum: prout sequentia Documenta lucem afferent rei luculentissimam.

I.

Reversales OTTONIS Ducis Austriaci &c. Præfecti supremi Cæsarei Hagenoensis, sub LUDOVICO BAVARO Imperatore. Anno MCCCXXXI.

OTTO, Dei gratia Austria, Styria, &c. Dux, &c.

Præsentibus literis manifestamus notumque facimus omnibus legentibus, aut legere audientibus eas, quod ex singulari gratia Nostra in Hagenoæ, Colmaria, N. N. N. &c. Civitatem suo juramento nobis obstrictam, reciproco jure stipulati atque polliciti sumus Viris Prudentibus atque honestis, Prætori, Senatui & singulis ibidem Civibus, factas teçtas Nos servaturos omnes Immunitates, Jura, Beneficia, Rescripta, Documenta cum omnibus illorum laudabilibus ab antiquo consuetudinibus à Cæsaribus & Regibus obtentis, in specie omnem gratiam, quam Ludovicus Romanorum Cæsar ac Dominus Noster dilectissimus, potestate Regia simul ac Cæsarea illis est largitus, quas Nobis nequaquam fas esto temerare: Magis tenemur eos fideliter tueri atque juvare undique, tanquam decet Protectorem S. Imperii Romani, adque omnia obstricti tenemur præstanda, etiam tum, cum Nostri Vicariatus officium primo aggrediemur. In quarum rerum testimonium illis præsentibus literas Nostri insigniis firmatas tradidimus, quas dedimus Norimbergæ proximo Martis die à festo Corporis Domini Nostri, Anno a Christi Nativitate 1331.

II.

1647.
Dec.

II.

1647.
Dec.

RUPRECHTI, Comitis Palatini, Præfecti supremi sub CAROLO IV. Imperatore.
Anno MCCC LIV.

RUPRECHTUS, Dei gratia Comes Palatinus ad Rhenum, S. Romani Imperii Archidapifer, &c. Dux Bavariz, Vicarius per Germaniam & Alsatiz Advocatus, &c.

Condicimus ac notum facimus per præsentès literas, quod honestis ac prudentibus Viris, Senatui, Civibus singulis atque ipsi Civitati Hagenoæ, Colmariz, N. N. &c. *omnem Immunitatem, Jura bonasque consuetudines & omnia Documenta atque Beneficia à Cæsaribus Regibusque, in specie à Clementissimo D. Carolo Romanorum & Bobemorum Rege, illis concessa, finis firmiter servaturi, neque contra ituri, absque omni dolo, quamdiu prædicti Rom. Regis Nostri Caroli vices agemus. Quod si contingeret, ut ab istis quis moliretur deirudere eos, tenemur tunc ipsos fideliter sine fraude tueri, excepto prædicto Carolo Rege nostro.*

Harum rerum prædictarum testimonium sunt literæ præsentès, quas appenso Nostro sigillo signavimus, cum daremus *Selestadii* feria Mercurii proxima à festo St. Nicolai Anno numerato à Christi Nativitate 1354.

III.

LUDOVICI, Comitis Palatini, sub SIGISMUNDO Cæsare
Anno cLo cccc xxxvii.

LUDOVICUS, Dei gratia Comes Palatinus ad Rhenum, S. R. Imperii Archidapifer, &c. Dux Bavariz, Advocatus Alsatiz, &c.

Notum facimus universis per literas præsentès, postquam Potentissimus Princeps ac Dominus D. Sigismundus Romanorum Imperator semper Augustus, Ungariz, Bohemiz, Dalmatiz, Croatiz Rex &c. Dominus Noster dilectus, Nobis ex sua gratia prædictam Alsatiz Advocatiam mandavit, plenamque tradidit potestatem Imperiales Civitates per Alsatiam in nostram tutelam accipiendi, adeoque Nobis Honorabiles ac prudentes Viri, Prætor, Consules, Senatores & Tribuni Hagenoæ, Colmariz, N. N. &c. juramentum præstiterunt, sicut aliis Advocatis, pro more antiquo & solito. Quod vicissim condiximus atque polliciti sumus, condicimus insuper atque pollicemur vi præsentium litterarum per jusjurandum præstitum Civitati Hagenoæ N. N. N. &c. quod finis eos tutaturi ac protecturi fideliter, porroque omni facultate Nostra inturbatos servaturi, secundum omnia illorum jura, immunitates, gratias & consuetudines, qualiter hæc apud eos invenimus, cum omnibus Documentis & obsignatis literis à piæ memoriæ Romanorum Cæsaribus & Regibus obtentis, in specie vero à prædicto Domino Nostro Imperatore Romano, quamdiu Advocatiam banc administraverimus, citra omnem fucum. Ad hæc agnoscimus & fatemur, quod neutiqam Nobis Magistratus, Senatus & Tribuni Hagenoenses, Colmarienses, N. N. &c. juramentum suum præstiterint, per modum hypothecæ, verum solum eundem plane in modum Nobis, ut Advocatis Prædecessoribus nostris, juravere. Etiam jurejurando reciproco Nos ipsis condiximus, quod nulli Ministrorum nec cuiquam alii præsumemus sufficere, aut scripta nomina pro servitiis, pro ære alieno, aut quibuscunque rebus aliis, unde Civitatem N. N. aut ejus loci homines læcessere, vel quicquam ab iis seorsim aut conjunctim cum aliis Civitatibus postulare, quacunque ratione queant, omni hic dolo remoto, testimonium facientibus literis, cum appenso Nostro sigillo, Datis Colmariz ipso festo die S. Michaelis Arch-Angeli à Nativitate Christi 1437.

IV.

1647.
Dec.

IV.

1647.
Dec.

Cæsareæ Majestatis MAXIMILLIANI I. supremi Advocati, cum Advocatiam Imperii ad manus suas atque S. Romani Imperii postliminio revocaret, c. l. 10.

Nos MAXIMILIANUS, Dei gratia Rex Romanorum semper Augustus, Rex Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantia, Comes Palatinus, &c.

Contestamur publice, & notum facimus vigore literarum præsentium, universis & singulis, cum pro hoc tempore Advocatiam Inferioris Alfatia, quam Philippus Comes Palatinus Rheni bucusque à Nobis ac S. R. Imperio, tanquam Advocatus supremus, possederat, ex causis fonticis, rursus ad Nostras S. Romani Imperii manus, dispositionem ac regimen revocaverimus, quod Regio Nostro verbo Nos obligaverimus ac sancte promiserimus, Nos Prætores, Consules, Senatū & Tribunos Civitatis Hagenensis, Colmariensis, N. N. &c. prædictæ Advocatiæ defensores & tutatos velle ab omni injuria atque vi injusta, in quantum se vires Nostræ extendunt, Nobisque possibile ac licitum fuerit. Promissimus insuper conservaturos Nos iisdem omnia jura, privilegia, indulta, consuetudines, confirmationes, litterasque consignatas, quas à Nobis ac Prædecessoribus nostris in Imperio Rom. Imperatoribus ac Regibus piissima memoriæ impetrarunt. Spondemusque, nulli Officiariorum Nostrorum sive aliis, nullas neque literas, neque obligationem debiti concessuros, vel propter servitia sua nobis præstita, vel aliam ob causam, propter quam Civitatem H. C. S. N. N. &c. vel subditos ad eam pertinentes convenire, aut quicquam ab iis, vel separatim vel conjunctim cum aliis Civitatibus communiter requirere possint, nullo modo, omnique fraude exclusa. In cujus rei fidem corroboratæ hæ sunt literæ Regio Nostro Sigillo. Datæ xx. Mensis Augusti post Christi Nativit. 1504. Regnorum Nostrorum Romani xix. Vngarici xv. Anno.

V.

FERDINANDI I. Romani Imperatoris, cum Advocatiam hanc Imperialem ad suas atque Imperii manus revocaret, c. l. LVIII.

Nos FERDINANDUS, Dei Gratia Electus Romanorum Imperator semper Augustus, in Germania, Ungaria, Bohemia, Dalmatia, Croatia & Sclavonia Rex, Infans Hispaniarum, Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Carinthiæ, Carniolæ & Wirtenbergenfis, Comes Tirolensis, &c. Testatum facimus, cum Nostram Sacrique Romani Imperii Advocatiam Inferioris Alfatia Hagenensem ab Illustrissimo Ottone Henrico, Palatino Rheni, Duce in Superiore & Inferiore Bavaria, Dilectissimo Nostro Affine & Electore, non secus ut olim Imperator Maximilianus Avus Noster, ab ipso Palatinatu ad se atque Romanum Imperium revolverat, utpote quam is nosterque Frater ac Dominus, Carolus, id temporis Imperator Romanus, ac Nos antehac, & priusquam prædicto Palatino Rheni Electorique cessa fuerat, possidebamus, recuperaverimus, quod propterea verbo nostro Regio promiserimus, ac Nos obligaverimus, tenore præsentium, ex certa scientia Nostra, quod spectabiles Nostros Romani Imperii subditos fideles, Prætores, Consules, Senatū ac Tribunos Civitatis Hag. Colm. Selest. &c. ad prædictam Advocatiam pertinentis, ab omni injuria atque vi, in quantum fieri esse poterit, defendere, tueri ac protegere velimus. Promissimus insuper conservaturos Nos eos eorumque jura, libertates, immunitates, consuetudines ac literas eorum consignatas, quas à Nobis & Nostri Prædecessoribus in Imp. Roman. Imperatoribus ac Regibus, sanctæ ac piæ recordationis, habent; Spondemus.

Sünffter Theil.

Sff

mus.

1647.
Dec.

musque præterea, Nos nulli Officialium Nostrorum neque aliis, ullas litteras vel obligationem ullius debiti, vel propter servitia sua nobis exhibita fidelia, vel aliis de causis daturos, vigore quarum hi vel Civitatem Hag. Colm. Selest. &c. aut hujus subditos infestare, aut vel hanc separatim, five communiter cum aliis Civitatibus conjunctim convenire queant nulla ratione vel modo, omnique fraude remota. In cujus rei fidem, confirmatae hæ sunt litteræ Imperatorio Nostro insigni, quæ datæ 6. die Septembr. post salutiferum partum Domini ac Salvatoris Nostri Jesu Christi 1558. Regnorum Nostrum Romani XXIIIX. & aliorum XXXXII.

1647.
Dec.

FERDINANDVS.

VI.

FERDINANDI, Archi-Ducis Austriae, &c. Præfæcti Supremi in Alsatia sub
MAXIMILIANO II. Imperatore, Anno c1515 LXVI.

FERDINANDUS, Dei Gratia Archi-Dux Austriae, Dux Burgundiae, Brabantiae, Stiriae, Carinthiae, in Crain, Lützenburg, Würtemberg, Princeps Sueviae, Marchio S. Rom. Imperii in Burgavv, Comes in Habsburg, Tyrol, Pfirt, Kyburg & Görtz, &c. Landgravius Alsatie, Dominus in Marca-Vandalica, in Portenavv & Salins &c. testamur, postquam Serenissimus Potentissimus Princeps ac Dominus, Maximilianus II. Romanorum Imperator, Clementissimus ac Dilectissimus Dominus & Frater noster, ex notabilibus suam Majestatem ad id moventibus causis, jussit, ut Suae Majestatis Cesaree & S. Imperii Advocatiam Hagenoensem in Inferiori Alsatia, eomodo & ratione, ut præcedentes Advocati possederunt, nomine Cesaree Suae Majestatis Imperiique, imposterum Nos, tanquam Majestatis Suae ac Imperii Advocatus, possideremus, tueremur ac protegeremus: quod proinde juramentum erectis digitis corporaliter ad DEUM omnesque Sanctos præstitimus, idque notum facimus per has litteras, quod sumus protecturi servaturique in pace, atque tuituri ab omni vi ac injuria Viros honorabiles, Prætores, Consules, Senatam atque Tribunos Civitatis Hag. Colm. Selest. &c. ad dictam Hagenoensem Advocatiam pertinentis, idque pro viribus ac facultate nostra.

Condiximus etiam, quod sumus ipsos intemeratos relicturi in omnibus juribus, privilegiis, gratiis, bonis consuetudinibus, etiam stipulationibus & sigillatis litteris, factis & datis à quondam piensissime memorie Imperatoribus ac Regibus Rom. Pollicemur insuper, quod nulli Ministrorum nostrorum, neque alii cuiquam immunitatum aut æris debiti libellos sumus suffecturi, five propter servitia sua, aut alias quas vis res, unde valerent Civitatem Hag. Colm. Selest. &c. aut ejus loci homines convenire, aut quicquam ab iis seorsim, neque conjunctim cum aliis Civitatibus postulare, quacunque ratione, citra omnem dolum. Testamur quoque & fateamur præsentibus litteris, quod prædicti Prætor, Consules, Senatus atque Tribuni Civitatis Hag. Colm. Selest. &c. nomine prædictæ Cesaree Majestatis nullatenus per modum hypothecæ, verum per eum omnino solum modum, per quem aliis Advocatis prædecessoribus Nostris juramentum dederunt. In testimonium prædictorum sunt hæc litteræ Nostro secreto signatæ. Dabantur in Arce Regia Pragensi d. 7. Jan. post Nativit. Christi, Anno 1566.

FERDINANDUS.

VII.

MAXIMILIANI, Archi-Ducis Austriae, sub RUDOLPHO II.
Imperatore c1515 cv.

MAXIMILIANUS, Dei Gratia Archi-Dux Austriae, Dux Burgundiae,
Sti-

1647.
Dec.

Stiriae, Carinthiae, Crain & Württemberg, Administrator Magisterii Summi in Prussia, Magister Ordinis Equitum Teutonicorum per Germaniam & Italiam, Comes Habspurgenfis, Tyrolensis, &c. Fatemur, postquam Serenissimus Princeps ac Dominus, Dominus Rudolphus II. Imperator Romanorum, Noster Clementissimus ac Dilectissimus Dominus ac Frater, ex praegnantissimis ad id Suam Majestatem moventibus causis, *jussit, ut Suae Caesareae Majestatis & Sacri Imperii Advocatiam Hagenoensem Alsatie Inferioris, ea ratione ac modo, uti praecedentes supremi Advocati habuerunt, nomine Caesareae Suae Majestatis Imperiique, impofterum Nos, tanquam Majestatis Suae ac Imperii Supremus Advocatus, possideremus, tueremur & protegeremus. Quod proinde erecta manu corporale juramentum ad Deum omnesque Sanctos praestitimus, quod simus protecturi inque pace servaturi atque tuituri ab omni vi ac injuria Viros honorabiles, Praetorem, Consules, Senatum ac Tribunos Civitatis Hag. Colm. Selest. &c. ad dictam Advocatiam pertinentis, profacultate viribusque. Condiximus etiam, quod simus ipsis nunquam violaturi sua Jura, Privilegia, libertates, bonas consuetudines, documenta & literas sigillatas, datas à pietissime memoriæ Imperatoribus ac Regibus Rom. Pollicemur insuper, quod nulli Ministrorum Nostrorum, aut alii cuiquam simus daturi libellos immunitatum aut æris debiti propter servitia sua, aut alias res quasvis, unde queant dictam Civitatem aut ejus loci homines convenire, aut quicquam ab his seorsim, aut conjunctim cum aliis Civitatibus postulare, quacunque ratione, citra omnem dolum. Testamur quoque ac fatemur, per praesentes literas, quod praedicti Praetor, Consules, Senatus ac Tribuni Civitatis N. N. &c. nomine praedictae Caesareae Majestatis nullatenus per modum hypothecae, verum per eum modum solum, per quem aliis Advocatis supremis, Praedecessoribus Nostris, juramentum praestiterunt. Testimonium dante hoc scripto, appenso Nostro Sigillo confirmato. Datum Oenopontii, Anno 1605.*

1647.
Dec.

VIII.

LEOPOLDI, Archi-Ducis Austriae &c. Advocati Supremi sub FERDINANDO II. Imperatore. c. l. l. cxx.

LEOPOLDUS, Dei gratia Archi-Dux Austriae, Dux Burgundiae, Stiriae, Carinthiae, Crain & Württemberg, Episcopus Argentinensis & Passaviensis, Administrator Murbachi & Luders, Landgravius Alsatie, Comes Tyrolensis & Görtzenfis, &c. Fatemur, postquam Serenissimus Princeps ac Dominus, Dominus Ferdinandus II. Imperator Romanorum, Noster Clementissimus ac Dilectissimus Dominus ac Frater, ex praegnantibus ad id Suam Majestatem moventibus causis, *jussit, ut Suae Caesareae Majestatis & Sacri Imperii Advocatiam Hagenoensem Alsatie Inferioris, ea ratione ac modo, uti praecedentes Supremi Advocati habuerunt, nomine Caesareae Majestatis Imperiique, post hac Nos tanquam Majestatis Suae ac Imperii Supremus Advocatus possideremus, tueremur ac protegeremus. Quod proinde erecta manu corporaliter juramentum ad Deum omnesque Sanctos praestitimus, idque scienter facimus hysce literis, quod simus protecturi inque pace servaturi atque tuituri Viros honorabiles, Praetorem, Consules, Senatum ac Tribunos Civitatis N. N. &c. ad dictam Advocatiam pertinentis, profacultate viribusque Nostris. Condiximus etiam, quod simus nunquam violaturi sua Jura, Privilegia, gratias, bonas consuetudines, documenta ac literas sigillatas, datas à pietissime memoriæ Imperatoribus ac Regibus Romanis. Pollicemur insuper, quod nulli Ministrorum Nostrorum, aut cuiquam alii simus daturi libellos immunitatum aut debiti æris, propter servitia sua aut alias res quasvis, unde queant dictam Civitatem N. N. aut ejus loci homines convenire, aut quicquam ab his seorsim aut conjunctim cum aliis Civitatibus postulare, citra omnem dolum. Testamur quoque & fatemur per praesentes literas, quod praedicti Praetor, Consules, Senatus ac Tribuni, nomine praedictae Cae-*

Zunffter Theil.

§ ff 2

sareae

1647. *saræ Majestatis nullatenus per modum hypothecæ, verum per eum omnino*
 Dec. *modum solum, per quem aliis Advocatis supremis, Prædecessoribus Nostris,*
juramentum præstiterunt. In harum rerum testimonium præsentis literæ
per appensum Nostrum Sigillum munitæ, datæ sunt Oenopontii die Aprilis 6.
 Anno 1620.

1647.
Dec.

IX.

Formula Juramenti, quo Civitates hæc obstrictæ fuerunt Advocatis.

Juramus, Nos, nomine S. Romani Imperii Illustrissimo Principi N.N. rebus in illicitis, prout consuetum & antiquo more receptum est, & quidem ad id solum tempus, quamdiu ipsius Advocati Officium durabit, obedientes fore.

Queritur secundo.

Num Domus Austriacæ, et si quam maxime vellet, (quod tamen vix præsumitur) Protectionem illam Imperialem Decem præmemoratarum Civitatum Liberarum renunciare in manus Coronæ Gallicæ: simulque censum istum, quem prædictæ Civitates in recognitionem Imperii, Imperatori, qua tali, quotannis solvere tenentur, eidem Coronæ in partem Satisfactionis concedere valeat?

Neg. Quia nemo plus juris in alium transferre, quam ipse habet, potest; Tutelam vero dictarum Civitatum à S. Cæsarea Majestate inde à morte Domini Archi-Ducis Leopoldi nemini fuisse demandatam, neque Domui Austriacæ unquam competiisse censum annuum, ad supportanda onera Imperii destinatum, quem ne ipsum quidem Cæsarem, illæsa Capitulatione, in præjudicium Imperii extraneo concedere posse, inconfesso est, &c. Ergo &c.

Neque hoc patitur Imperatorum & Regum intentio, voluntas & præceptum; Præfectorum Provincialium juramentum & literæ Reversales; Protectionis denique finis, quæ invitis, stante Pace Publica ejusdemque executione, obtrudi, vel, quod in favorem ipsorum primum introductum est, in odium eorundem torqueri nequit, prout ex sequentibus ad oculos patebit.

I.

Privilegium CAROLI IV. Regis Romani de Civitatibus ad Advocatiam Hagensem spectantibus, pignoris aut hypothecæ vinculo non gravandis,
 c. l. ccc xxxvii.

CAROLUS, Dei gratia Rex Romanorum semper Augustus & Bohemiæ Rex, &c. Notum facimus singulis has literas videntibus & legere audientibus, quandoquidem Regiam Nostram dignitatem decet, clementer supplices exaudire & promovere eos, qui pura integraque intentione S. Imperio suam operam impendunt eique adhærent, & pro commodo & splendore Imperii vitam omnemque substantiam suam intrepide periculis subdere audent. Itaque clementer intuentes voluntariam & proficuum operam Civitatum Nostrarum *Colmarie, Selestadii, Ober-Ebenheimii, Rosheimii, &c.* dilectorum & fidelium Nostrorum præstitam Nobis Imperioque præstandam utique deinceps etiam: Condiximus illis, perque præsentis testimonii loco condicimus, quod ipsas, neque ullam dictarum Civitatum ab Imperio separaturi, cessuri,

1647. *furi, pignoris aut hypothecæ loco tradituri simus, unde quacunque ratione ab Imperio alienari, sejungari aut separari queant, citra omnem dolum.* In hujus rei testimonium appensum fuit Sigillum Nostrium hisce literis, quæ dabantur *Hagenoæ*, Anno à Nativitate Dei 1347. die Mercurii proximo post Festum St. Nicolai.

1647.
Dec.

II.

Privilegium SIGISMUNDI Imperatoris, de Civitatibus Hagenoensis Præfecturæ nullo tempore separandis, oppignorandis, hypothecandis, deque ipso Officio Advocatiæ Alsatia & annuis Civitatum censibus non cedendis vel alienandis unquam.

SIGISMUNDUS, Dei gratia Rex Romanorum semper Augustus, Ungariæ, item Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex, &c. manifesto fatemur notumque facimus per has literas omnibus legentibus aut audientibus eas, Quoniam remonstratum nobis fuit, quod Nostri Imperiique dilecti ac fideles, Consules, Senatus atque Cives universi Civitatum Hagenoæ, Colmaria, Selestadii, Weissenburgi, &c. à Prædecessoribus Nostri in Imperio Imperatoribus ac Regibus Rom. antehac Privilegiis ac gratis donati fuerunt, *ne vel conjunctim, vel seorsim ab Imperio alienari, separari neque oppignorari queant*: quoniam etiam dictorum Cæsarum & Regum literas omnesque immunitates clementer renovavimus atque confirmavimus, prout insuper largitis perspicue videre est; Itaque propter singularem ac constantem eorum fidem erga Nos & Imperium, *ex matura deliberatione consultationeque, scienter volenter Regiis Nostriis verbis condicimus, condicimus etiam per literas presentes, Nostri nostrorumque omnium Successorum nomine Romanorum Imperatorum ac Regum; quod prædictas Civitates neque conjunctim, neque quamquam earum separatim, neque munera ordinaria seu Steyras Imperii annuas illarum, neque etiam Officium Advocatiæ Alsatia, cum pertinentiis suis, unquam pignoris aut hypothecæ loco tradendi, alienandi, cedendi aut sejungendi potestatem nobis ulla ratione arrogare velimus aut possimus; Verum quod prædicta munera Civitatum, Officium & Advocatiæ cum pertinentiis, deinceps apud Imperium ab oppignoratione libera servabimus, uti de omni tempore fuerunt & uti nos invenimus ea, sine ullo dolo.* Quapropter mandamus omnibus Principibus Ecclesiasticis & Secularibus, Comitibus, Baronibus, Equitibus, Nobilibus, Præfectis, Ministris, aliisque omnibus Nostri & Imperii subditis fidelibus, serio & graviter per presentes literas, ne ulla ratione prædictas Civitates in suis Immunitatibus & Privilegiis gravare & turbare audent; Verum easdem in iis conservare ac protegere studeant, ea sollicitudine, qua gratiam Nostram & Imperii perdere nolint. In testimonium sunt hæc literæ Regiæ Majestatis Nostre Insigniis firmatæ & datæ *Confluentiæ* post Christum Natum, Anno 1414. ipsa vigilia S. Bartholomæi.

III.

Formula Juramenti, quod Supremus Præfectus Civitatibus jurat.

Prout ejusvis Civitatis Reverales literæ continent, mihi que ex perlectæ & vetusta consuetudine receptum: *Ita Juro*, me tanquam S. Imperii Advocatum omnia illa firmiter ac sancte observaturum, ita me juvet Deus omnesque Sancti.

§ff 3

IV.

1647.
Dec.

IV.

1647.
Dec.

Munera ordinaria, Steiræ Imperii dicta, nunquam Austriacis, sed soli Cæsareæ Majestati soluta.

Illi enim facta solutio, cujus est liberatio.

Exemplar Apocha.

Nos Ferdinandus II. Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, in Germania, Hungaria, Bohemia, Dalmatia, Croatia, & Sclavonia Rex, &c. Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Stiria, Carinthia, Carniola & Ducatus Würtembergensis, &c. Comes Tyrolensis, &c. publice confitemur & omnibus manifestamus, quod Nobis Nostri Imperii fideles N. N. Prætores & Civitates N. N. consuetam Steiram Civitatis solverint, & transmitterint, quæ Festo Martini præteriti millesimi sexcentissimi trigesimali perfolvi debebat: quam ob causam Nos & Imperii Successores eisdem Consulibus, Senatores & Prætores N. N. liberos enunciamus, hujus Epistolæ vigore Imperiali Nostro Sigillo sigillatæ & confectæ *Viennæ die 14. Mens. Februarii post Christi Salvatoris Navitatem 1631. Imperiorum Nostrorum Romani 12. Hungarici 13. Bohemici 14.*

FERDINANDUS.

Ex quibus præmissis, quæ fufissime de duci possent, cuivis, si lancibus non dolosis ad- & expendantur, facile in aprico, *jura Præfecturæ Hagenoensis in nominatas Decem Civitates Imperiales*, etiamsi morte Archi-Ducis Leopoldi non extincta, sed tot retro seculis usitatæ solennitates observatæ & Archi-Duci Ferdinando Carolo à Sac. Cæsareæ Majestate, quod tamen nunquam factum, demandata fuissent, nec hæreditaria, nec perpetua; sed temporaria, nomine S. Imperii administrata, mereque personalia & incessibilia fuisset: nec salvo jurejurando, Imperii Constitutionibus, Privilegiorum tenore, & ipsius rei natura, Serenissimam Domum Austriacam horum quicquam jure transferre posse, tam verum esse, quam quod verissimum.

Et hæc impræsentiarum justo rerum æstimatori sufficiant.

N. II.

Summarische jedoch gründliche Ausführung des Heil. Römischen Reichs Land-Vogten Hagenau, woraus Krafft deren Openlich beygelegten Reverfalen und Documenten, augenscheinlich zu ersehen, wie dieselbige von etlich hundert Jahren hero bestanden, und noch bestehet: Auch daß das Höchstlöbl. Erz-Fürstliche Haus Oesterreich, oder das Chur-Haus Pfalz, und andere, ic. bey denen Ehrbaren Zehen Unmittelbaren Reichs-Freyen-Städten, als Hagenau, Colmar, Schlettstatt, Weissenburg, Landau, Ober-Ehenheim, Keyserberg, Münster in S. Gregorien-Thal, Rosheim und Türckheim, ic. einige hohe Obrigkeitliche oder erbliche Vorherrschaft, noch Gerechtfame, oder einige Pfandschafft des Reichs, nicht hergebracht, vielweniger bey bevorstehenden allgemeinen Friedens-Handlungen, selbiger Immediat Freyen-Reichs-Standes Jura activa & passiva zu verändern: oder auf andere Weiß zu verschwächen, sich anzumassen, befugt seye, ic.

Nachdem der Land-Vogten Hagenau, und der darzu gehörigen 10. Reichs-Städte hal-